

S. FORNICATIO.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Fornicatio simplex an sit omni iure prohibita.
- 2 Et an cum meretrice.
- 3 Quæ sit pena fornicationis.
- 4 Clericus notorius fornicator, an sit ipso iure suspensus ab officio.
- 5 Qui sint coitus damnati.
- 6 Concubinatus an sit de iure prohibitus.
- 7 Et an possit punire per iudicem secularem. ibid.
- 8 Et quæ sit pena tenentis concubinam. ibid.
- 9 Et an tenens eodem tempore duas concubinas, vel uxorem, & concubinam sit infamis.
- 10 Plura requiri ad hoc, vt dicatur concubinatus.
- 11 Coitus cum virgine est punibilis remissive.
- 12 Et quid si sit puella nondum viri potente, remissive.
- 13 Coitus cum puero an sit punibilis, remissive.
- 14 Coitus cum nupta an sit punibilis, remissive.
- 15 Coitus cum vidua an sit punibilis remissive.
- 16 Coitus cum affine an sit punibilis remissive.
- 17 Coitus cum moniali an sit punibilis.
- 18 Mulier si coierit cum Presbytero, an dicatur committere sceleratum.
- 19 Vasallus committens se cum domina, an puniatur.
- 20 Coitus mulieris cum proprio seruo an sit punibilis.
- 21 Dominus commiscens se cum subdita an puniatur.
- 22 Officialis carnaliter cognoscens mulierem sibi subditam an puniatur, ibidem.
- 23 Tutor cognoscens carnaliter pupillam an puniatur.
- 24 Custos carcerum cognoscens carnaliter mulierem carceratam puniatur.
- 25 Iudeus cognoscens carnaliter mulierem Christianam, an sit pena mortis puniendus.
- 26 Christianus cognoscens carnaliter Iudeam, vel aliam mulierem infidelem, qua pena puniatur.
- 27 Coitus cum bruto animalis qua pena puniatur.
- 28 Coitus cum mortua an sit punibilis.
- 29 Mulierem inter se concubitus qua pena puniatur.
- 30 Raptus qua pena puniatur, remissive.
- 31 Uxoribus duas, vel duos maritos, vel plures ducens, qua pena puniatur.
- 32 Et quid si vxor credens virum suum mortuum esse, alium ducat.
- 33 Coitus cum violentia commissio, grauius sunt puniendi.

Ex Additionibus.

- 1 Fornicatio quomodo probetur remissive.
- 2 Fornicatio per vim cum meretrice est punibilis.
- 3 Et in Regno Neap. vim inferentes meretricibus, capite mulentur.
- 4 Fornicationis pena quæ sit.
- 5 Officiales habentes concubinas in statu ecclesiast. priuantur officijs, & inhabiles declarantur.
- 6 Clerici concubinarij, vel fornicarij, quibus panis seriantur, remissive.
- 7 Concubinatus est prohibitus de iure civili.
- 8 Et quæ dicatur concubina remissive.
- 9 Iudex secularis procedit ex officio contra mulierem cum clerico notorie fornicantem.



- 10 Concubinatus notorius quomodo probetur.
- 11 Clerici concubinarij quomodo puniantur remissive.
- 12 Iudex secularis potest uxorem habentem cogere, vt concubinam dimittat.
- 13 Concubinatus quandoque non transit in stuprum, licet requisita ad concubinatum non concurrant.
- 14 Monialem cognoscens tria committit delicta.
- 15 Moniales patientes se violari, quibus penis hodie puniuntur, & quibus olim Virgines Vestales, remissive.
- 16 Et de cognoscente carnaliter Monialem, ut conuersam, vel Monialem osculante, remissive.
- 17 Monialem violans committit incestum, adulterium, & stuprum. Et vterque Iudex puniendo proueniri potest, numero eodem.
- 18 Monialem rapiens laicus, vel sollicitans, aut corrumpens capite puniatur, eiusque donamitra annum Monasterio applicantur.
- 19 Moniales arctiori monasterio traditur cum bonorum vsufructu, donec vixerit, numero eodem.
- 20 Monialem carnaliter cognoscens Episcopus, vel Clericus deponitur.
- 21 Monialem rapiens debet pacem habere à Papa.
- 22 Monialis quomodo possit se à sacrilega fornicationis crimine purgare, remissive.
- 23 Moniales impudice viuentes sunt carceranda in eodem monasterio.
- 24 Monialium appellatione an conueiantur seruientes, conuersæ, & sorores tertij Ord. S. Francisci, remissive.
- 25 Stuprans ancillam propriam, qua pena sit puniendus, remissive.
- 26 Carceratus coeuns cum uxore, vel ancilla custodis carcerum arbitrio iudicis puniatur.
- 27 Et quid in cognoscendis mulieres carceratas, remissive.
- 28 Iudei cum Christianis coeuntes, & contra quibus penis afficiantur, remissive.
- 29 Et quid de Cathæmenis, & Saracenis, remissive, numero eodem.
- 30 Et statuum contra Iudeam Christianam mulierem cognoscens, si non distinguit de nupta, vel meretrice, quomodo sit intelligendum remissive.
- 31 Et si fideus tenetur probare mulierem esse Christianam & Iudeam non ignorasse.
- 32 Iudeus vxoratus Christianam meretricem carnaliter cognoscens extraordinarie puniatur.
- 33 Iudeus adulterans Christianam meretricem non puniatur pena adulterij.
- 34 Iudeus cognoscens meretricem Christianam quomodo puniatur.
- 35 Et quid de Turco, & alijs extraneis fidei, numero eodem.
- 36 Iudeam Christianus cognoscens excusatur à pena ordinaria ob minorem ætatem.
- 37 Statutum contra adulteros, & stuprantes comprehendit etiam & Iudeos.
- 38 Uxoribus duas, vel duos maritos, vel plures ducens eodem tempore quibus penis puniatur, remissive.
- 39 Et quid in habente duas sponsas, vel vnã uxorem, & vnã sponsam, remissive.
- 40 Et quomodo puniatur in Hispania, remissive.
- 41 Et quid in Iudeis habentibus duas, vel plures uxores.
- 42 Et quid si vxorem credens virum suum mortuum esse, alium ducat remissive.
- 43 Rapens in honestam mulierem qua pena puniatur.
- 44 Mulieri non creditur de violentia, vbi carnalis copula sit secuta.

LIBER V. S. FORNICATIO.

ADDITIONES.

Ad S. Fornicatio.

S. FORNICATIO.



Fornicatio simplex de Iure Ciuili non est prohibita, neque etiã in concubinario,

secundum aliquos, vt dixi infra vers. & in primis de iure autem canonico vtiq; est punibilis, quum eo iure prohibitus sit omnis coitus preter matrimoniale, vt dixi in loco præallegato. De iure etiam diuino fornicatio simplex est prohibita, adeo quod est proculdubio peccatum mortale, & ita tenent omnes Sancti Theologi, vt attestatur Afflict. super prima parte constitut. regni, rub. 1. num. 21. Et qui aliter diceret, vt crederet, esset hæreticus, vt dixi infra hoc eod. lib. S. hæresis, circa prin. De iure autem civili, vt dixi, simplex fornicatio, siue coitus soluti cum soluta non est punibilis; quinimo neque etiam coniugati cum soluta, vt dixi supra hoc eod. lib. S. adulterium, circa prin. Hoc autem multo magis locum haberet, si talis mulier soluta esset meretrix: nam fornicatio, vel coitus cum meretrice non est de iuri civili punibilis, & hanc opinio. dicit esse communem Angel. in l. si vxor. S. sed & in ea, numer. primo. ff. de adult. Et hoc adeo verum est, vt etiam si per vim quis stuprauerit meretricem, non potest puniri, neque etiam crimine iniuriarum, quicquid dixerit Bald. in l. si. num. 3. ff. de ver. diuis. cuius opi. est communiter reprobata, vt dicit Alexand. consil. 469. num. 1. Et hæc quidem conclusio in meretrice non nupta non habet multum difficultatis. Sed quid si sit nupta? Dixi supra hoc eod. lib. S. Adulterium. vers. Sed nunquid. Quæro etiam, quid si meretrix sit carcerata, an illam carnaliter cognoscens, sit puniendus. Dixi infra vers. cum carcerata.

Sed quæro, quæ sit pena fornicationis de iure canonico. Respond. a in laico est

pena arbitraria: in clerico autem fuerunt opiniones inter scribentes. Nam aliqui tenuerunt, quod propter simplicem fornicationem clericus incurrat panam depositionis: Et hæc dixit esse communem opinionem Aret. in cap. cum non ab homine, colum. 10. de iudic. Contrariam autem sententiam, quod scilicet clericus propter simplicem fornicationem non incurrat panam depositionis, sed solummodo suspensionis, dicit communiter teneri glo. in cap. Maximianum, in verbo Remouentur, 81. dist. quam refert, & sequitur Abb. in cap. ex parte, num. 1. in fin. de testibus. Hanc etiam opinio. dicunt esse communem. Scribentes in cap. at si clerici. de iudic. & in specie Imola, man. 11. & Fel. post nu. 14. vers. Vtrum autem, quam refert Foller. in præf. crim. canon. fol. 221. numero 6. & Dec. in eodem capitulo at si clerici, numero 36. & Beuon. numer. 165. & sequen. Corset. in suis sing. in verbo, Fornicatio, versic. propter, Sylua de beneficio, fol. 140. num. 7. Duennas reg. 10. in princ. Bermon. de concubin. fol. 251. num. decimo Boss. in titu. de cultu damnato, numero 10. Et ab hac opinione. tanquam veriori, & magis communi nullo modo est in practica recedendum; quam etiam dicit esse forensibus vsibus receptam Menchiaca libro tertio, de testament. S. 22. num. 48. & sequen. Bene verum est, quod pro fornicatione, quæ habet insignem deformitatem, clericus est deponendus. Et est communis opinio, vt attestatur Menchiaca in loco præallegato, post nu. 49. vide quæ dixi supra, hoc eodem lib. S. Adulterium, vers. Sed quæro, & infra, S. Incestus. versic. Sed quæro, & S. Sodomia, versic. Sed quæro, & S. Stuprum, vers. Sed quæro.

Ceterum coitus, qui fit inter clericum, & mulierem solutam, non est neque incestus, neque sacrilegium, vt dixi infra, vers. cum pre sbytero, & infra hoc eodem lib. S. Incestus, versic. sed nunquid, sed simplex fornicatio. pro ut etiam inter laicū solutum, & solutam. Clericus aut notarius fornicator est ipso iure suspensus ab officio. Et est communis opin. vt dicit Abb. in c. c. n. n. liceat, n. 4. de præser.

que ab eorum conuersatione non se iunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluantur, donec re ipsa admonitioni factæ paruierint. Et si per annum in concubinato, neglectis censuris permanserint, contra eos ab ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur; & mulieres, siue coniugate, siue solutæ, quæ cum adulteris, siue concubinarijs publicè viuunt, si ter admonitæ non paruierint, ab ordinarijs locorum ex officio, grauius pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diocesim (si ordinarijs videbitur) inuocato, si opus fuerit, brachio seculari, eiciantur, alij penis contra adulteros, & concubinarios inflictis, in suo robore permanentibus.

Item præ adde, quod in Statu Ecclesiastico, per Const. Nicolai V. Summi Pontificis, de qua in Bullario nouiter impresso, consil. 7. fol. 71. fuit prouisum, quod officiales tenentes concubinas incurrant penas priuationis officiorum, & declarari debeant ad officia inhabiles.

Item præ adde, quod pena Clerici concubinarij ponuntur per Conciliū Trident. in sess. 25. capitulo 14. de reformat. & plenè per Menochiū in cas. 424. & in casu 289. & in materia concubinatus vide Illustriss. Dn. Card. Paleot. in suo tractu de noth & spur. cap. 12. in fin. & Mascardus de probat. in ver. Concubina, & vide infra nu. 11. Baiard.

d In laico.) Farinac. d. q. 137. n. 14 15. & 16. cum seq. Ros.

Dam-

F fre-

